

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Ornatus z
cum fonte primo

Absit ut alterius color comparabilis
sit natiuo, quin immo cum facies
adulterino colore fuscatur, os
abhominabile fetore corrumpitur.
Vniuersa uanitas omnis homoa
uiuens, Ysaias. Quid enim uanius
quam crines pectere, planare cesariem,
tingere genas, unguere faciem, producere
supercilia? Quando
quidem uana sit gloria et
uana sit pulcritudo, omnis caro fenum et
omnis gloria
eius tanquam flos agri?

Innocencius ibidem (de uilitate
condicionis humane).

Absit ut adulterinus color comparabilis
sit natiuo: quin immo, cum facies
adulterino colore fuscatur, os
abominabili fetore corrumpitur.
“Universa uanitas, omnis homo
uiuens.” Quid enim uanius
quam pectere crines, planare cesariem,
tingere genas, unguere faciem, producere
supercilia, quando
quidem “fallax sit gracia et
vana pulcritudo”? “Omnis caro fenum, et
omnis gloria
eius quasi flos feni,” “quoniam tanquam
fenum velociter arescit et sicut olera
herbarum cito cadit.”

Innocentius III, *De miseria condicionis humane*, 2, 40 (R.E. Lewis ed., p.199, ll.7-16).